



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

66

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Dec. conf. 138. & Rom. conf. 127, nu. 9. quapropter eorum beneficia, quorum bona alienantur, uti vacantia, ab Ordinariis locorum, dummodo specialiter, vel generaliter non sint Sedi Apostolica refervata, poterunt jure conferri, ut in ead. extravag. Rebuff. d. nu. 111. & Red. d. vers. septima.

Quintò, tam alienantes, quàm recipientes alienationis titulo bona ecclesiastica contra formam dictæ extravag. pœnam excommunicationis incurrunt, ut in eadem extravag. & aliis locis supra citatis, & alias pœnas incurrunt, de quibus per dictam extravagantem, Ambitiose, Rebuff. d. compen. à num. 102, usque ad num. 115. & Rodo. d. cap. 2, à num. 29, usque ad nu. 33. Ignat. Lop. in annot. ad pract. crimin. Diaz. post cap. 73, per tot. & Navar. eod. tit. de alienan. rer. eccles. à num. 13, usque ad nu. 21.

Sapè quaritur, an auctoritate & ordinariâ possint rectores Ecclesiarum inter se bona ecclesiastica permutare sine Sedis Apostolicæ benedictio, & consensu, & partem negativam probare videtur text. in cap. casellas, 10, quest. 2, cap. sine exceptione, 12, quest. 2, extravag. Ambitiose, de reb. eccles. non alien. & l. sancimus, C. de sacrosan. Eccles. quæ procedunt tanquam in permutationibus faciendis cum secularibus, ne bona Ecclesiæ profanis usibus applicentur, & ita probat expressè text. in d. extravag. Ambitiose, ibi, profanis usibus applicare, aut cum maximo illorum, ac divini cultus detrimento exquisitis mediis usurpare præsumunt, in procem.

Quod causam finalem dispositionis indicat, l. fin. & ibi Bart. num. 3, ff. de her. instit. & Jal. in l. si pacto, quo pœnam,

num. 14, C. de pac. & cum in permutationibus, quæ inter rectorem Ecclesiarum de bonis Ecclesiæ fiunt, non transferatur dominium ad profanos usus, cessat causa prohibitionis, & cessante causa prohibitionis, cessat & prohibitio, cap. cum cessante, de appellat. & Tiraquell. in tract. cessan. causa par. 1. limit. 23. num. 1.

Inter rectores Ecclesiarum & de bonis ecclesiasticis est permutatio permessa, per text. in cap. hoc jus porrectum, § sibi invicem, 10, q. 2, cap. 1, de reb. Eccles. non alien. cap. ad quæstiones, de rer. permut. auth. ut de cert. commut. Eccles. § illud quoque, ubi etiam gloss. in ver. ad invicem, & ibi Bart. in princ. col. 5. & auth. item sibi invicem, junctâ gloss. C. de sacros. quib. non obstant. c. casellas, & c. sine exceptione supra allegata, quia dicta jura prospiciunt tantum, ne per contractus bona ad usum pauperum destinata alienari contingat, ut d. c. casellas, sed permutationes bonorum unius Ecclesiæ cum bonis alterius non sunt prohibita, ex supra allegatis, quia nihil refert, an sint bona unius, vel alterius Ecclesiæ, & quicquid enim habet quavis Ecclesia, pauperum est, c. fin. & ibi gloss. 1. 16, q. 1, c. quod autem, 23, q. 7. gloss. in eod. cap. casellas, & Bart. in auth. de non alien. aut permut. § si verò, num. 1, col. 2.

Permutationes & cum secularibus, à permutationibus, quæ inter Rectores Ecclesiarum de bonis ecclesiasticis fiunt, differunt, quia cum secularibus, nisi cum evidenti utilitate, vel necessitate ecclesiæ fieri non possunt, per text. in cap. 1. § praesertim, de reb. Eccles. non alien. in 6. & extravag. Ambitiose, eod. tit. sed in permutationibus bonorum ecclesiasticorum inter rectores non procedunt dicta jura, sed